



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684

Ad Quæst. 23. & 24.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

Ad Quæst. 23. & 24.

DE probatione exemptionis fufius fupra egimus par. 1. 9. 8. hoc loco brevius faciat diftinctio, quod aut agitur de exemptione principaliter ad effectum canonizandi, & concludenter probanda est. *L. 1. & l. in exceptionibus ff. de probat. l. 1. dec. 173. n. 6. par. 11. rec.* aut verò incidenter ad effectum annullandi, vel interim impediendi processum Ordinarii, & fufficit levis probatio per conjecturas & admittenda junctâ quali possessione. *Rot. dec. 105. n. 1. & seqq. par. 7. recent.* quando autem privilegium ejusve transumptum dicatur esse in forma probandi fufè tractatur in *dec. 99. par. 8. recent.*

DECISIO LXXII.

Capitulum docens de antiquissima quasi possessione, quod adjuncti fuerint electi in cognitione causarum capitularium cum Episcopo, qualiter probare teneatur exemptionem.

R. P. D. Ghislerio.

Majoricen. jurisdictionis.

Luna 3. Decembris 1636.

SUMMARIUM.

1. Exemptio, quando non principaliter deducitur in judicio ad effectum illam canonizandi, sed incidenter, probatur ex sola quasi possessione.
2. Ad probandum id quod in judicio incidenter, & secundario, & per modum cause deducitur quævis probatio, etiam levis, & presumpta dicitur sufficiens.

D. 101. 102. 103.

3. 14.